



# DE ELECTIONE.

Idem Innocentius III. Episcopo Florentino.

## CAPUT XXXI.

Cum Ecclesia Vulterana debito Canonicorum obsequio longo fuisset tempore destituta, Vulteranus Episcopus valens ministrorum defectum in eadem Ecclesia restaurare, Canonicos quosdam elegit & instituit in eadem: quos Canonici recipere noluerunt, asserentes quod talis electio fuerat in eorum præiudicium attentata: & infra Mandamus quatenus super primo articulo petitionis Episcopi, in quo postulavit à te, ut Canonicos ab injuria, quam ei super electione Canonicorum Vulteranen. Ecclesiæ inferunt prohiberes, ab impetitione ipsius dictos Canonicos absolvere non possonas: quia non videtur injuriam facere, qui utitur jure suo: cum per testes longè melius sit probatum, quod Canonici supradicti, hoc jure uti solebant antequam Episcopus memoratus. In secundo quoque articulo, quo idem pe- tebat Episcopus, ut dicti Canonici ipsum jure electionis uti liberè paterentur, ab- solvere studeas Canonicos supradictos, maxime si sit notorium, quod in Tuscia generalis consuetudo servetur, ut in Cathedralibus Ecclesiis solum Capitulum, irrequisito Episcopo eligendi Canonicos habeat facultatem.

## SUMMARIUM.

- Electio Canonicorum de consuetudine potest ad solum Capitulum pertinere.
- Collatio Canonicatum & præbendarum in Cathedrali Ecclesia ad quem spectat de jure communi & n. seqq.
- Præbendarum collatio de generali consuetudine spectat ad Episcopum solum sine consensu Capituli.
- Prælati solus dicitur habere jus conferendi, licet de consensu alterius conferre debeat.
- Conferre aliud est, aliud conferenti consentire. Collationem habens de consensu alterius dicitur habere liberam collationem ibid.
- Expectativa ad beneficium spectans ad collationem Episcopi & Capituli non includit beneficium ad collationem Episcopi cum Capituli consensu.
- Collatio præbende facta sine consensu Capituli an sit nulla & n. 9.
- Et antequam possit hanc nullitatem opponere, aut iudex allegationem supplere.
- Conferre habens de consensu Capituli habere debet consensum saltem majoris partis: aliter nulla est collatio illius, cujus principaliter interest.
- Collatio præbendarum in Cathedrali de jure est simultanea inter Episcopum & Capitulum secundum communem opinionem, quam servat Rota, & n. 13.
- Cardinalis dum allegatur ab Henrico Boch. & Bellamera intelligitur Joan. Monachus, non autem Zabarella, qui fuit illius posterior.
- Præbende in dubio præsumuntur erectæ de bonis communibus Ecclesiæ.
- Congregationis Concilii Deciso de collatione simultanea incutit à quibusdam reseritur.
- Penitentiarum electio ad solum Episcopum pertinet collatio vero præbende fieri debet ab eo, ad quem antea spectabat.
- Intelectus c. Postulatis, de concess. præb.
- Canonicorum receptio in Cathedrali Ecclesia pertinet simul ad Episcopum & Capitulum.
- Dignitatem collatio in Cathedrali Ecclesia an sit simultanea, & n. seqq.
- Dignitas & jura Ecclesiæ possidentur pariter per Episcopum & Capitulum.
- Præsentationes de Jure Communi spectant ad Prælatum, & Capitulum simul.

- Penitentiarum presentatio, sicut & collatio fieri potest ab eis, ad quos spectabat ante Concilium Tridentinum dummodo fiat electio ab Episcopo.
- Præbendarum collatio in Collegiata Ecclesia ad quem spectat de Jure Communi.
- Monachorum creatio de Jure Communi spectat ad Abbatem & Conventum.
- Abbas & Conventus unum corpus constituunt.
- Consuetudo in electionibus & beneficiis collationibus spectanda est.
- Sive collationem det soli Prælati, sive soli Capitulo, sive alteri eorum de consensu, vel consilio alterius.
- Dummodo tamen sit legitime præscripta.
- Consuetudo circa simultaneam collationem Episcopi, & Capituli est Juri Communi obnoxia.
- Privilegium quod habet Episcopus, vel Capitulum, ad alter eorum sine altero possit conferre, servandum est.
- Et quid in fundatione Ecclesiæ.
- Institutio in beneficiis Jurisdictionis, qua post Concilium Tridentinum acquiruntur, reseruari non potest alteri, quam Episcopo.
- Etiā in Ecclesiis exemptis, nisi Rector ordinaria fungeretur jurisdictione.
- Institutiones, qua ante Concilium ex immemorabili ad inferiores spectabant, an sint sublata.
- Præsentatio in Canonicis & Præbendis de Jure præsentationis spectat ad patronum & Institutum ad Episcopum cum consensu, vel consilio Capituli.
- Instauratio acquiruntur ex fundatione, vel donatione etiam sine expressa reservatione, dummodo patronatus non fuerit renunciatum.
- Collatio inferiorum beneficiorum in Cathedrali fieri potest ab Episcopo sine consensu, vel consilio Capituli.
- Vicarii perpetui in Ecclesiis Cathedralibus sunt ad præsentationem Capituli & institutionem Episcopi.
- Et quid in undecim Vicariis à Pio V. institutis in totidem Urbis Basilicis.
- Electio Prælati in Cathedrali Collegiata, vel Conventuali Ecclesia de jure communi pertinet ad Capitulum, Collegium, vel conventum.
- Confirmatio vero ad proximum Superiorem.
- Collatio beneficiorum fontium in nomen rectoris spectat ad Episcopum cum Capituli consensu si majora sint, si minora ad Episcopum solum.

Cum Ecclesia. De consuetudine potest Canonicorum electio ad solum Capitulum pertinere. Hoc dicit. Secundum Joan. Andr. & omnes & concordat c. unic. §. fin. Ne Sede vacante lib. 6. Communis divisio, Consultatio & Responsio. Secunda ibi, Mandamus.

Quæro, ad quem de jure communi spectet collatio Canonicatum & præbendarum in Cathedrali Ecclesia.

In hoc articulo quatuor sunt principales opiniones, que colliguntur ex glossa magna hic in ver. Postulavit, & Agid. Bellam in conf. 10. incip. Factum est tale, col. penult. n. 58. & seqq. vers. queritur ergo nunquid judex.

Prima opinio est eorum, qui putant collationem ad solum Episcopum pertinere, inter quos ex antiquis numerantur Vincent. Tancred. Laurent. Gossied. & Bernard. in c. ex frequentibus, infra de institut. Joan. Andr. in c. 1. super sine ultima glossæ, supra eodem Joan. Calder. hic dicens hanc esse tenendam: Guillel. de Montelaud. in c. à collatione, de appellat. lib. 6. eamque amplectitur & cuetur latissime Joannes de Lignan. in cap. ea noscitur, infra de his, que sunt à Prælat. quos refert & sequitur Bellam. d. conf. 10. col. fin. vers. Quid dixerunt, ubi affirmat hanc opinionem esse veriorē & eam servare Palatum Apostolicum. Quin etiam paulo post num. 59. restatur hodie de generali consuetudine omnium Ecclesiarum, quam in fine consilii dicit esse notoriam, hoc servari, ut ad Episcopum solum spectet præbendarum collatio & consensu, vel consilium Capituli non requiritur.

Et pro hac opinione Doctores inducunt d. c. ex frequentibus de institutione. Item allegant c. ad decorem, eod. tit. e. nullus, 16. q. 7. c. Gratia de rescript. in 6. & cap. si tibi, de concess. præb. eodem lib. c. Inno. 21. distinct. & cap. si quis Episcopus 1. q. 1. ubi dicitur hoc expressum.

Sed tu adverte, quia est præcitati Doctores dicant collationem præbendarum in Cathedrali Ecclesia spectare ad Episcopum solum, non tamen excludunt consensum Capituli, quia stant simul, ut Prælati solus habeat jus conferendi & tamen de consensu alterius conferre debeat. Nec ille, cujus consensus requiritur, collationem facit; quia sicut aliud est vendere, aliud venditioni consentire, & aliud, ff. De regul. jur. ita aliud est conferre & aliud consentire, ut est casus in c. unico, Ne Sede vacante, libro 6. & notat Joannes Andreas in capite A collatione, numero 1. de appellat. eodem libro. Unde qui collationem habet de consensu alterius, dicitur nihilominus habere liberam collationem, ut per Bismert. decis. 10. de præbend. Sicut in simili beneficium ad Abbatis præsentationem de consensu Episcopi dicitur ad præsentationem liberam Abbatis, ut per eundem Bismert. dec. 2. concess. præbend. Et expectativa ad beneficium, quod spectat ad collationem Episcopi & Capituli non comprehendit beneficium ad collationem Episcopi cum Capituli consensu ut idem dicitur decis. 79. de rescript. Et rationem reddit Bellam. decis. 181. in fine: & in preallegat. conf. 10. ad finem, vers. Sed opponit, quia scilicet defectus consensu Capituli non redderet collationem ipso jure nullam, argument. cap. continentiar, & c. cum vos, infra de his, que sunt à Prælat. cum his, que notantur per Innocentium in cap. cum consuetudinis, de consuetud. & in cap. Dandum, in gloss. ultima, de rebus Ecclesiæ non alienand. lib. 6. Nec obstat textus in cap. novit, de his, que sunt à Prælat. ibi: Nos enim tales institutiones carere decernimus robore firmitatis. Quia secundum Bellam. ibi debet suppleri, videlicet per sententiam: ut probatur in d. c. ea noscitur, eodem tit. in ver. si constitit, & in ver. vacanti, cum utrobique notat per Hostiens. & Joan. Andr. Unde non contradicente Capitulo, cujus interest, non potest tertius de hoc opponere, ut patet ex notatis per Cui. in l. cum servum, C. De serv. fugit, & per Bart. in l. 2. ff. De except. rei judic. & per Joan. Calder. in cap. Capitulum de rescript. Imò nec possit iudex ex officio hujusmodi allegationem supplere, secundum ea, que notat Henric. Boch. in cap. Bona, de postulat. Prælat. & confert decisio Cortz 197. ubi in casu converso tenet valere collationem Canonicatus Cathedralis Ecclesiæ factam per Capitulum, non contradicente Episcopo: itaque dum Doctores præallegati dicunt collationem præbendarum esse liberam Episcopi, vel spectare ad solum Episcopum, ita intelligi debent, ut nihilominus requiratur consensus, vel consilium Capituli. Et ita hæc prima opinio in effectu concidit cum secunda, vel tertio opinione alicuique nec vera, nec probabilis esset: ut confunderetur per d. c. ea noscitur, & cap. novit, & per alia jura inferenti citanda. Atque ita hanc primam opinionem circumscripta consuetudine declarat Agid. Bellam. in eod. conf. 10. col. ult. vers. Item non est verum: ubi dicitur Joannis Monachi quod collatio spectet ad solum Episcopum de consuetudine, declarat esse intelligendum per totalem exclusionem Capituli, quia inquit, de jure requiritur consensus vel consilium Capituli. Et paulo infra prope finem Concilii, vers. Sed opponens, dicit negari non posse quod consensus, vel saltem consilium Capituli requiratur, & opiniones omnium in hoc

convenire. Et idem notat compilator decisionis Agidii 69. Secunda opinio est Comptollant. hic num. 1. ubi tenet provisionem præbendarum & Canonicatum Cathedralis Ecclesiæ de jure communi spectare quidem ad Episcopum, per textum in d. cap. nullus, 16. quæst. 7. & d. c. ex frequentibus. Sed tamen hanc provisionem debere Episcopum facere de sui Capituli consensu, alias non valeret iuxta textum in d. c. novit & cap. Quanto de his, que sunt à Prælat. Et ita secundum eum intelligitur c. Postulatis, infra de concess. præbend. & consimiles. Et tenet collatio, si Episcopus conferat saltem cum consensu majoris partis, alias nulla esset collatio, quia non diceretur Episcopus contulisse de Capituli consensu, ex quo majorem partem non haberet, ut c. cum in cunctis infra de his, que sunt à mai. par. cap. eliff. in cap. Unico, §. 1. in ver. assensu, ne Sede vacante lib. 6. Hanc ipsam opinionem amplectitur Archid. in Summ. 21. distinct. dicens tutius ac verius esse hoc sentire. Et pro eadem allegantur Vincent. Joan. Laurent. Gossied. & alii supradicti pro prima opinione: illa enim coincidit cum hac secunda: ut dixi num. 4. vers. Sed tu adverte. Cui etiam adhibetur ex recentioribus Jo. de Selva in tract. de benef. 2. par. q. 22. casu 4. à n. 12. Duar. de benef. lib. 3. c. 4. dicens receptus esse in præbendis & dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis collationem ad Episcopum spectare cum consensu Capituli. Burfatt. conf. 126. n. 45. lib. 2. & Quintanadv. lib. 1. c. 5. n. 4. Tertia opinio est Hostiensis hic num. 5. & 9. in ver. Postulavit, vers. Si non habet patronum, qui post multa concludit, in Præbendis & aliis beneficiis inferioribus patronum non habentibus, institutionem & destinationem ad Prælatum merito jure pertinere. Nam Dominus, cujus vice gerit Episcopus, duodecim Apostolorum & septuaginta duos Discipulos elegit, ut cap. In novo, 21. dist. & habetur expressum in d. c. nullus, 16. q. 7. Et Moyses ex precepto Domini Aaron in Pontificem schistos ejus in Sacerdotes elegit, ut §. 1. 21. dist. & videtur expressum in Aut. de Mensura ord. Cler. coll. 3. & in cap. Cum satis, & cap. seqq. supra de offic. Archidiacon. Debet tamen Prælati hujusmodi collationem facere de consilio Capituli, ut in d. c. Novit, & c. Quanto, de his, que sunt à Prælat. Et hoc procedit ubi omnia sunt divisa: sed si communia. Prælati hoc facit de consensu Capituli, nisi consuetudo Prælati tribuat, ut assensum Capituli non requirat, c. Ea noscitur, cum ibi notatis eodem titulo. Ita Hostiensis, cujus opinionem dicit esse veriorē Card. hic in 1. quæst. per text. in d. c. Novit, & eam sequuntur Agid. Bellam. decis. 69. Coraf. de beneficiis, 2. par. c. 4. n. 5. & Zech. de beneficiis, & penult. Ecclesiastic. c. 2. vers. Ordinarius etiam & allegant e. Illa. Ne Sede vacante.

Dicit etiam Hostiensis requiri consilium Capituli, vel consensum illius, cujus principaliter interest, ut cap. Ad hæc, §. ult. infra de offic. Archidiacon. nec solum vel vicarium habeat Archidiaconus, vel Presbiter, quem habere nolle, ut cap. Præpositus, infra de sil. Presbiter cap. Ad hæc de offic. Vicar. & cap. Illud de excess. Prælat. Nihil enim est æquius, quam ut servetur utrique æqualitas. Et sicut Canonici sibi Prælatum quem volunt, eligunt: ita à Prælati Canonici eligantur. Et sic neutri invito & non delinquenti detur Prælati, vel subiectus, & concordia nunciatur, c. Nullus invitatus, 61. distinct. & concordia nunciatur, de transit. Episcop. Verum si nullus principaliter interit, ex sententia Hostiensis satis effectus ut Episcopus conferat de Capituli consilio, nec requiritur consensus, allegat c. Quantum in plerisque, supra de off. ordin.

Quarta & ultima principalis opinio est illorum qui censent de Jure Communi collationem Canonicatum & Præbendarum in Cathedrali Ecclesia esse simultaneam, id est, spectare ad Episcopum & Capitulum simul. Cui adherent in d. c. Cum Ecclesia Joan. Laurent. Vincent. Gossied. & Joan. Andr. quos refert & sequitur Henric. Boch. in d. cap. Novit, col. 1. circa medium, vers. Aut. ista omnia cessant infra de his, que sunt à Prælat. & notat per textum nostrum. Item per c. Postulatis, inf. de concess. præb. per d. c. Novit, & c. Quanto. Item per c. Nobis, de iurejurat. c. Si pro te, de rescript. in 6. c. A collatione de appellat. eod. lib. & d. c. Cum Ecclesia, in fine supra de elect. Et in hac relatis aliorum opinionibus post multa tandem residet hic gloss. Bernardi in ver. Postulavit, vers. Dico quod de Jure Communi simul ad Episcopum, & Capitulum pertinet collatio beneficiorum. Idem tenet gloss. in c. fin. in ver. Communiter, infra de supplend. neglig. Prælatorum. Item gloss. in c. Irrefragabilis, in ver. Per Capitulum de offic. ordinari. & gloss. in c. 1. §. 1. in ver. Distinctio, 21. distinct. Archid. & alii in cap. A collatione de appellat. lib. 6. Philipp. Prob. ad Monach. in rubr. de Jure Patr. in 6. n. 8. Rebuff. de nomination. q. 8. num. 3. & Bellam. d. conf. 10. col. 26. num. 56. in fine & num. 57. Allegant etiam Cardin. in s. Scienti, cuncti in gloss. 4.



muni spectare ad Episcopum, qui in majoribus beneficiis providebit cum consilio Capituli sui; in minoribus vero sine consilio, ut legitur & notatur in d. c. novit, & d. c. Quantò de his, qua sūt. a Præl. Abb. hic d. n. 8. col. 2. ver. tertio &

ultimo casu. Ex in collationibus Parochialium servabit formam examinis per concursum a Concilio Tridentino prescriptum in cap. 18. sess. 24. ut scripsi latè in cap. cum te infra de stat. & qualis.



DE ELECTIONE

Idem Innocentius III.

CAPUT XXXVII.

Um ad nostram notitiam pervenisset quòd H. qui se pro Abbate Lexioniensi gerebat, non fuit ante Monachus quàm electus: nos attendentes quòd contra regulares traditiones illud fuerat attentatum: cum nullam spem vel promissionem habens, ut Abbas fiat, debeat monachari: electionem de ipso factam curavimus irritare.

SUMMARIUM.

- 1 In Prælatum regularem eligi non potest, qui non fuit ante Monachus & instructus in regula Monachali.
2 In Magistrum assumendum non est qui formam discipuli non assumpsit.
3 Beneficia secularia secularibus, & regularia regularibus sunt conferenda.
4 Si dentur in titulum, scilicet si in commendam; quia tunc ordine in verso secularia regularibus & regularia secularibus commendantur.
5 Commenda cur adveniat.
6 Commenda quid sit.
7 Beneficia commendari possunt à Summo Pontifice tantam, non autem ab Ordinariis inferioribus, & n. 14.
8 Commende vestri temporis, an sint à jure, vel à Concilio Tridentino improbatæ.
9 Et an à Concilio Lateranensi sub Leone X. numer. 14.
10 Commenda perpetua de jure antiquo non erant cognita.
11 Tridentinum Concilium non prohibet quin Monasteria que suos habent conventus, dentur de commenda in commendam.
12 Nisi Monasteria hujusmodi sint capita Ordinum.
13 Cisterii Monasterium est caput Ordinis & illius Abbas est generalis totius Ordinis Cisterciensis.
14 Monasteria que sunt capita Ordinum, sed nulla sub se membra habent, an comprehendantur in prohibitione Concilii Tridentini cap. 21. sess. 25. de regular.
15 Commenda graviter laedant Monasteria tam in spiritualibus, quàm in temporalibus.
16 Monasteria commendari solita ex Concilio Lateranensi novissimo Cardinalibus tantum & personis qualificatis

- 17 & bene meritis commendari possunt.
18 Monachus fieri non debet, si spem, vel promissionem habens ut Abbas fiat, & cur.
19 Monachi officium est lugere.
20 Spes assequendi prælatum in eo qui Monachus, aut Clericus ordinatur, an & quando sit à jure improbatæ, & n. seqq.
21 Simonia mentalis non obligat ad beneficii dimissionem, sed tantum ad satisfaciendum Deo per penitentiam.
22 Spes ex pacto proventus repellit Monachum ab Abbacia, sed non à Monachatu.
23 Pollicitatio quid sit.
24 Concursum non requiritur in beneficiis regularibus curatis, & que regularibus in titulum conferri consueverunt sed sufficit ut regularis præficiendus sit ab Ordinario examinatus, atque probatus.
25 Et quid in beneficiis regularibus curatis, que dantur in commendam Clericis secularibus & n. seqq. usque in fin.
26 Commenda non mutat statum beneficii.
27 Commenda cessante beneficium vacat eo modo, quo ante commendam vacabat.
28 Etiam commenda sit perpetua.
29 Ecclesiarum curatarum appellatio ex silo Concilii Tridentini non veniat Ecclesie regularis commendatæ.
30 Concursum non requiritur in Parochialibus patronatis, laicorum & vicariis perpetuis.
31 Extinctio non fit de casu ad casum, etiam ex identitate rationis in his que exorbitant à jure communi.

Um ad nostram. Non Monachus in Prælatum regularem eligi non potest. Hoc dicit & sunt duæ partes. In prima narrat factum. In secunda illud cassat, ibi, Nos attendentes. Nota primò ibi, Non fuit ante Monachus, ad hoc ut quis assumi possit ad Prælatum regularem, necessariò exigi ut prius fuerit Monachus, adeò ut non sufficiat, ut eodem contextu fiat Monachus & Abbas, sed precedere debeat Monachatus, ut hic est casus secundum glossam in illius figuratiõne, Butr. n. 6. & Abb. n. 2. Quinimò debet etiam esse instructus in regula Monachali, ut in e. proximo infra eod. Ex est ratio, quia in Magistrum assumi non debet, qui formam discipuli non assumpsit, nec alius est præficiendus qui subesse non novit, ut legitur in e. cum in magistrum infra eod. Ad hoc Concilium Tridentinum in e. 21. sess. 25. de regular. ibi: Regularis persona ejusdem Ordinis expressè professæ, & que gregi prætere, & præesse possunt, præficiantur. Sed hoc intellige, si Præfecturæ & administrationes regulares in titulum conferantur, prout loquitur Clement. unica de supplen. negli. Præl. & Clem. Ne in agro, & Sanæ Prioratus de statu Monachor. & expressè Concilium Trident. in e. 10. sess. 14. Ita enim procedit communis regula, quòd beneficia secularibus & regularia regu-

laribus sunt conferenda, e. cum de beneficio, de præben. lib. 6. c. Nullus de elect. eodem lib. cum concordantibus, quas dedi in cap. cum causam in 5. notab. supra eod. & tradunt Franc. Arctin. conf. 7. num. 3. Rebuff. in praxi sit. de dispensat. cum regular. & in tract. de pacific. possess. n. 311. alias 259. Navarr. conf. 3. de præben. Covarr. post alios in e. 2. de testam. n. 2. & 3. & Rota apud Cardin. Seraph. decis. 1165. num. 12. Secus autem est si procedatur per viam Commende; quia tunc ordine in verso beneficia secularia regularibus & regularia secularibus à Sede Apostolica commendari consueverunt, etiam si suos habeant conventus, & in eis vigeat regularis observantia, ut patet in Monasterio Farfensi. & Sublacensi. Ordinis S. Benedicti, in Monasterio Cisterciensi Ordinis S. Basilii & in aliis compluribus. Hæc enim via à Romanis Pontificibus adinventæ ad hoc, ut qui inhabiles sunt ad obtinenda beneficia in titulum (qui est modus ordinatus & legitimus) quales sunt seculares beneficia regularia, & è converso efficerentur habiles ad illa obtinenda per viam Commende; quæ est via ordinaria & dispensatoria, ut observat Petrus Andreas Gammar. in tract. de off. legat. lib. 4. in rubr. de potest. legat. in commendam. benefic. q. 21. n. 57. & 60. Commende enim nostri temporis, que sunt principaliter non in favorem Ecclesie, sed persone; ut ex fructibus beneficii

beneficii commodius sustentari valeat, nihil sunt aliud, quàm collatio Papæ dispensatoria, ut inquit Mandos. reg. 32. q. 7. num. 5. Unde beneficia regularia secularibus & secularia regularibus commendari possunt, ut solent à Romano Pontifice dumtaxat, non autem à quoquam ex Ordinariis inferioribus, ut tradunt Sarren. in reg. de trienal. q. 5. & Aneas de Falcone de reservat. q. 3. num. 11. Hinc autem filio Caneones non repugnant; tum quia jura prohibentia, ne beneficia regularia secularibus, & secularia regularibus provideantur, loquuntur de provisione, que fit in titulum per viam electionis, vel collationis, ut dixi supra & hinc in prædicta Decretali, cum causam in 4. notab. supra eodem; tum quia hujusmodi commende perpetuæ de jure veteri non erant cognite, ut post Cassanum adverte Sarann. loc. cit. nam hoc commendatum genus majores nostri ignorabant, ut ait Thomas Campog. in tract. de Commen. beneficior. tom. 15. par. 2. tract. & scripsi plenius in cap. Dudum. il. secundo num. 38. & 39. infra eod. Sed nec Tridentina Synodus eundem titulum improbat, quin potius tacite admittit, ut patet in cap. 2. sess. 6. in cap. 8. sess. 21. in cap. 17. sess. 24. in cap. 20. sess. 25. de regular. & sæpe alibi; & propterea in cap. 10. sess. 14. ubi interdixit beneficia regularia secularibus conferri, cum mulierio adjecte illa verba, in titulum, ad hoc scilicet, ut excluderet concessionem per viam commende, ut argum. cap. Nonne de præsent. cap. Qualis 25. dist. 1. & l. cum prætor. de judic. cum similib. & quamvis de iure cap. 21. sess. 25. de regular. caveatur ut Monasteriis, que tunc commendata reperiuntur, & suos conventus habebant, Regulares persone ejusdem Ordinis expressè professæ præferantur; quæ verò in posterum vocabunt, non nisi Regularibus conferantur: & Domini de Rota intellexerunt ea verba præceptivè non consultivè, hæc dixerint esse sensum perfectum, ne de cetero alicui non regulari conferantur, juxta doctrinam Socii Junioris conf. 144. n. 19. col. 3. tamen oppositum declaravit Sacra Congregatio Cardinalium ejusdem Concilii interpretum: nam proposito dubio, an Concilium d. c. 21. censetur præcipere ne detur de commenda in commendam: censuit non censeri, cum utatur verbo illo, confidit, quod verbum comprehendit etiam illum verbum. Quæ verò. Et quando Concilium vult præcipere, utitur insequentibus verbo tenentur.

Et hinc collige notabilem limitationem ad conclusionem proximè firmatam, qua dicitur est Concilium non prohibere, quin beneficia regularia secularibus commendentur, ut non procedat quòd Monasteria que sunt Capita Ordinum: nam de his Concilium per verba præceptivè, seu obligatoria in eod. c. 21. statuit, ut infra, videlicet: Quoad ea verò Monasteria que capita sunt ac Primatus Ordinum, sive Abbacia, sive Prioratus, filia illorum capitum nuncupentur, teneantur illi, que hac præfati ea in commendam obtinent, nisi sit eis de regulari successore proventus, infra sex menses religionem illorum Ordinum propriam solemniter profiteri, aut eis cedere, aliis commende prædictæ illo jure vacare censentur. Hæc ibi. Quæ ratione factum est, ut Romani Pontifices, qui præterea Monasteria S. Benedicti & Cisterciensis Ordinis dederunt in commendam secularibus Clericis: tamen non commendaverunt Monasterium Cisterciense, quod est caput illius Congregationis; nec Monasterium Cisterciense, quod est caput Ordinis Cisterciensis. Quæ itidem ratione inter cetera factum putamus, ut nostris temporibus Sedes Apostolica abnuent Cardinali Riccio litem supplicanti pro confirmatione electionis de se factæ in Abbatem Cistercii. Nam cum Abbas illius Monasterii sit etiam generalis totius Ordinis Cisterciensis, ultra generalem dispositionem juris communitis, qua non professi prohibentur assumi ad regimen Regularis Ecclesie. Oblit etiam specialis prohibitio Concilii in d. cap. 21. ne falleret secularibus Prælatum tot Regularibus preside. Et ob hanc rationem Sac. Congregatio existimavit non esse verumille decretum d. cap. 21. comprehendere Monasteria que nulla sub se membra habent; sed ea que habent membra reciprocantia eorum superioritatem; quia non decet Commendatarius preside tot Regularibus, sed noluit declarare. Ceterum est commenda hujusmodi, excepto casu c. cap. 21. necius versus obviet, nec Tridentinum Concilium, ut prædicti, advertendum est tamen ad Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 19. quo statutum est in hæc verba: Et quantum ex Commendatariis Monasteriorum, ut magistræ rerum experientia scilicet decernit Monasteria ipsa tam in spiritualibus, quam in temporalibus graviter læduntur, quibus quorundam adficia parvum Commendatariarum negligentia, factisavaritia vel injuria collabantur & in dies divitius cultus in his magis diminuitur, passimque obsequendi materia personis præterim secularibus præbetur non abque dignitate Apostolica Sedis diminutione, à qua commenda hujusmodi profusè cunctat: ut eorum indemonstratis salubritatibus conserventur, ac sanctius, ut cum illis per obitum Abbatum, qui illi præstant, vacaverint, nullò pacto cuiquam possint commendari (nisi pro conservat.

tionem autoritatis Apostolica Sedis & ad occurrendum molibus illam impugnantium pro temporum qualitate, aliter nos de Fratrum nostrorum consilio visum fuerit expedire) sed de persona idonea juxta prescriptam constitutionem eis ita providentur, ut illi idonei Abbates, prout decet, præstari sint. Et verò Monasteria, qua commendata fuerint, cum per eorum cessum, vel decessum, quibus erant commendata, commende hujusmodi cessaverint, Cardinalibus dumtaxat, ac personis qualificatis & bene meritis commendari possunt. Hæc ibi; & infra præferitur quota pars fructuum pro inflatione fabricæ, ornamentisque, & pauperum alimonia à Commendatarius sit infundenda, de quo dic, ut plenè scripsi in cap. supra de pecul. Clericor.

Secundo nota ibi, nullam spem, non debere aliquem Monachari ea fiducia, vel spe, ut in Religionem dignitatem, seu Prælationem assequatur: concordat tract. in cap. Per laicos 16. q. 7. ibi, Nullus habitum Monachi suscipiat, spem, aut promissionem habens, ut Abbas fiat. Cuius prohibitionis multiplex est ratio, secundum Turcrem. in d. c. per laicos in princ. Primò; quia talis non cupit fieri Monachus, ut plangat & lugeat, quod est officium Monachi, ut in capite Monachi ead. caus. & quæst. sed ut plaudat & rideat. Secundo, quia non cupit effici Monachus, ut alicui subiectus & obediens propter Christum, premium habeat vite æternæ; sed ut præsit & domineur, quod est præsumptiosum & ambitionis, cap. fin. 40. dist. 1. Tertio, quia talis non cupit abstinere & carnem suam domare, sed laute, vel delicate vivere, quod est concupiscentiæ & voluptatis, cap. 12. & 3. 4. dist. 1. cap. quinquies de consecr. dist. 1. Quarto, quia talis non cupit pauper fieri & egere cum Christo, sed optat præesse, ut divitias tractet & possideat, quod obviat Evangelicæ perfectioni, c. Clericus cum multis sepp. 12. q. 1. Unde, ut dicitur hic Butr. & Abb. ambo in tercio notab. dato spei, sicut & promissio simoniam inducit. Sic videmus è converso Clericum secularem qui Ordines suscipit, ut beneficium consequatur, simoniam committere, silem mentalem, quæ non obligat ad beneficii demissionem, sed tantummodo ad satisfaciendum Deo per penitentiam, si nulli pactum præcesserit, ut c. fin. cum ibi not. infra de Simonia, & per Abb. hic n. 3. v. an autem adepti. Et nihilominus simonia propter spem ex pacto proventientem non repellit eum à Monachatu, sed ab Abbacia, ut hic est textus notabilis; quia hic Papa cassat electionem, sed non professionem, ut optimè advertit Bald. num. 1. Verum gloss. nostra, & Innoc. exponunt illa verba, nullam spem, scilicet principalem, ut c. Sunt in Ecclesia 8. q. 1. Sed secundario dicitur licitum esse alicui sperare honores Ecclesiasticos, ut c. quid præcedat 61. dist. c. Si officia 59. dist. & cap. consulat 74. dist. Host. verò intelligit primò eadem verba, nullam spem, scilicet ex pacto proventientem, vel ex pollicitatione & est pollicitatio tuius tantum promissio; pactum verò duorum, vel plurium in idem contentus, ut l. pactum, ff. de poli. Alius nulla præcedente pollicitatione, vel promissione, secundum eam sine vicio monachatur intrans & sperans de Abbacia, & eligitur, sive postulat in Abbatem, arg. d. cap. quid præcedat, cum aliis præallegatis. Deinde Hostiens. dist. 1. notat utrum vacet Abbacia in introitu & spe reprobatur; vel non vacet & tunc approbatur; dummodo intrans dignitatem speret non ut honoretur, sed ut oneretur: arg. Qui Episcopatum 8. q. 1. & cap. Accedens in fine 50. dist. & cum Hostiens. transeunt hic Joan. Andr. n. 7. & Bellam. in princ. sed Abbas n. 5. secutus Archidiacon. in d. cap. per laicos 16. q. 7. videtur concludere hic reprobari spem etiam secundariam, & ponderat illam dictionem unversalem negativam, nullam spem, quæ videtur excludere tam principalem, quam secundariam, ut in cap. Solite de maior. & obed. c. Si Romanorum 19. dist. & tandem concludit nullam spem debere Ordinandum, seu Monachandum habere, ut silis præsit, & sic propter honores sæculi, vel propter divitias, per c. fin. 40. dist. & quod hic dicitur, nullam spem, intelligit ut sibi prodesse possit; secus si speret propter bonum publicum; quia spes hujusmodi non videtur damnata, ut in d. c. Qui Episcopatum. Ita Abbas, qui tamen in e. Traus in primo notab. infra de Simon. probavit distinctionem inter intentionem principalem, & secundariam assequendi beneficium, quam ibi posuerat Innoc. in ver. intentionis Host. & Joan. Andr. ambo n. 3. in eod. ver. & Card. n. 3. nam secundum eos vix hæc facere possunt, qui hujusmodi intentionem secundariam non habent. Satis potest dici eum, qui Monachus efficitur ipse consequendi Abbatiam mortaliter peccare, & simoniam committere, si hujusmodi spes sit talis, ut sine illa Monachatus non ferret, quod tenent Hugo, & Turcremara in d. c. Per laicos. Ad illud autem, quod hic dicitur Host. Joan. Andr. Abb. & scilicet videlicet hanc spem non reprobatur, dummodo intrans speret non ut honoretur, sed ut oneretur, & propter bonum publicum; vide D. Thomam egregie explicantem hoc esse pessimum præsumptionis in 2. 2. q. 185. art. 1.







22 Quæro, Cùm hic disponatur, ut non Monachus præfici non possit regimini Ecclesiæ regularis, utrum in provisione beneficiorum regularium, quibus animarum cura personarum secularium incumbit, servanda sit forma examinis per concursum à Concilio Trident. præscripta in c. 18. sess. 24.

24 Pro solutione, ut clara à dubiis segregentur, duo casus sunt distinguendi. Primus casus est, cùm beneficia hujusmodi in titulum conferuntur, secundus est, cùm dantur in commendam.

In primo casu clarum est in collatione talium beneficiorum formam concursus non esse observandam. Etenim cum conferri debeant, aut Religiosis ejusdem Ordinis expressè professis, si sint Præfecturæ & Administrationes, aut iis qui habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur, si sint portiones Monachales vel Canonicales, & consimilia beneficia administrationem non habentia juxta decretum Concilii in cap. 10. sess. 14. & distinctionem quam posuit in cap. Cùm casum in ult. notab. supra eod. jam constat in eorum collatione nec debere, nec posse observari formam concursus, in qua notatur omnes concurrere volentes per edictum etiam publicum, & liberum est etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, quemadmodum præscribitur decreto d. c. 18. & eo magis, quia de beneficiis curatis Concilium egit specialiter in c. 11. vers. Nec isti aliqui sess. 25. de regular. ubi simpliciter mandavit neminem in iis deputari, nisi de consensu Episcopi Diocesani, & prævio examine per eum, aut ejus Vicarios faciendo. Unde merito S. Congregatio ejusdem Concilii interpretes consulta, an in beneficiis regularibus, & quæ regularibus conferri consueverunt, concursus requiratur: Respondit non requiri, sed sufficere, ut iis regularibus, cui conferri debet beneficium, sit ab Ordinario examinatus, atque probatus.

In secundo casu major est difficultas.

23 Undè revoco in dubium, An in beneficiis regularibus Curatis, quæ Clericis secularibus commendari consueverunt, observanda sit forma concursus præscripta decreto Concilii Trident. d. c. 18. sess. 24.

Videtur respondendum non esse observandam; jam enim sæpius Sacra Congregatio declaravit decretum d. cap. 18. non comprehendere beneficia regularia curata quæ regularibus conferri consueverunt, ut dictum est in primo casu. Ergo nec comprehendit illa: quamvis postea commendentur à Summo Pontifice, quia Commendæ non mutant statum Beneficii: quod cessante Commendâ, vacat eo modo quo ante Commendam vacabat, ut colligitur ex glossa prima in capite Si constituit de accus. & tenet Federicus de Senis in tractatu de rerum permutatione, questione 15. dicens Ecclesiam vacantem, cùm conceditur in Commendam finitâ Commendâ: dici vacare per primum modum, scilicet mortis: eâ ratione, quia Commendâ non facit Commendatarium Prælatum: ergo durat antiqua vacatio; nam quamdiu provisum non est Ecclesiæ de Prælo: semper Ecclesiæ vacare dicitur, ut per Hostiensem in capite Ne pro defectu infra eodem; & Sententiam Federici de Senis pluribus rationibus confirmat Romanus consilio 350. num. 3. Cornelius consilio 66. Columella 1. circa medium, lib. 3. Bertrandus consilio 235. num. 3. vol. 3. in antiq. Capyc. Decisione 2. num. 2. quod procedit eadem in

Commendâ temporalis; sed etiam in pæpetua. Cassad. decisio. 5. de privilegiis, num. 2. Sicut igitur non fuisse instituentis concursus Beneficii regularis vacantis per obitum Regularis: ita nec debet institui postquam est solutum commendari, cùm antiqua vacatio cessante Commendâ, adhuc duret. Accedit quod Concilium dicto capite 18. dum instituit formam concursus: non videtur cogitasse de Beneficiis regularibus commendatis. In his enim specialiter postea providit in capite 21. sessione 25. de Regularibus, ut quoties in posterum vacarent: non nisi Regularibus conferrentur. Unde provisio generalis præcedens non videtur referenda ad Beneficia regularia commendata, de quibus subsequitur provisio specialis: ut per Barolum in lege Quæstum, §. Si sanctum, num. 16. ff. De fidei instrumentis. Denique appellatione Ecclesiarum curatarum non comprehendit regularia commendata, expressè videtur sensisse idem Concilium; nam cùm in capite 8. sessione 7. tribuunt Episcopo facultatem visitandi Ecclesias etiam exemptas quamvis curatas: quasi talium Ecclesiarum nomine non venient regularia commendata, eandem postea visitandi facultatem quoad hæc regularia nominatim Episcopo concessit in capite 8. sessione 21. Ideoque cùm in capite 18. nullam mentionem fecerit, ut potestas Episcopi circa concursus Institutionem extendatur ad regularia commendata: nonnullis credendum est, capite Inter corporalia, versione Si circa, de translatione Episcopi, lege unica, §. Sin autem ad deficientes, codice De caduc. toll. & tradit in specie Quintil. Mandos. in regula 32. de imperato. Beneficio vacante per obitum famil. Cars. quest. 7. num. 16.

Non obstat, quod hodie Commendæ æquiparentur titulis, ut per Gomef. in regulis de triennio, questione 5. Non enim inde sequitur ut Beneficium regulare cùm datur in Commendam, comprehendatur à Concilio: quod ex declaratione Sacre Congregationis de secularibus tantum Beneficiis intelligitur.

Nec similiter obstat, quod etiam hoc casu videatur militare ratio Concilii considerata in principio, dicto capite 18. scilicet ut dignioribus Beneficia conferantur. Quia non propterea inferitur, ut Concilium voluerit comprehendere hujusmodi regularia commendata: cùm alibi hortetur Summum Pontificem ut deinceps illa conferat regularibus tantum, inter quos non cadit forma concursus, sicut videmus: nec Parochiales Juris Patronatus Laicorum nec Vicarias perpetuas esse conferendas, prævia formâ hujus examinis: quamvis in his quoque viget prædicta ratio, nempe quia de dictis Parochialibus specialiter Concilium egit in dicto capite 19. versione, Quid si Jus Patronatus & de Vicariis in capite 7. sessione 7. & capite 11. sessione 25. de regulis. Et propterea nec Sacra Congregatio eandem rationem attendit, dum declarat Beneficia regularia curata non comprehendit in dicto capite 18. Præterea in his quæ exorbitant à Jure communi, sicut est forma examinis per concursum: non fit extensio de casu ad casum: etiam ex identitate rationis, ut nota glossa in capite Constitutionem in versione Prærogativa de regulis, lib. 6. Item glossa unica in capite Quæ à Jure de regulis Juris, eodem libro & Bart. in Extravagantibus Qui sint rebelles, §. Transit. num. 3. alias ponderationes ad supra scriptum dubium; & resolutionem Sacre Congregationis habes infra in capite Cùm sit arti, num. 37. & 40. de ætate & qualitate.



DE ELECTIONE

Idem Innocentius III. in Concilio Generali.

CAPUT XLII.

Quia propter diversas electionum formas, quas quidam invenire conantur, & multa impedimenta proveniunt, & magna pericula imminent Ecclesiis viduatis. Statuimus ut cùm electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus, qui debent & volunt, & possunt commodè interesse, assumantur tres de collegio fide digni, qui secretè, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interjecto; ut is, collatione habitâ, eligatur, in quem omnes vel major & sanior pars Capituli consenserit. Vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium, Ecclesiæ viduatæ provideant de Pastore. Aliter electio facta non valeat: nisi fortè communitè esset ab omnibus, quasi per inspirationem absque vitio celebrata. Qui verò contra præscriptas formas eligere attentaverint, eligendi ea vice potestate priventur.

Illud autem penitus interdicimus, ne quis in electionis negotio procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco, de quo debeat advocari, justoque impedimento detentus venire non possit: super quo, si opus fuerit, fidem faciat juramento: & tunc si voluerit, uni committat de ipso Collegio vicem suam.

Electioes quoque clandestinas reprobamus, statuentes ut quàm citò electio fuerit celebrata, solemniter publicetur.

SUMMARIUM.

- 1 Electio non servat formam hujus capituli non valet & eligentes privandi sunt pro illa vice potestate eligendi.
- 2 Electio forma sunt scrutiniis, compromissi & quasi inspirationis.
- 3 Electio per veram inspirationem est immediatè à Deo, nec redigitur ad aliquam formam Juris positivam.
- 4 Columbia per quam Ravennatenfes Archiepiscopi eligebantur, à Corbo dicitur occisa.
- 5 Præmium denotat causam finalem & regulat totam dispositionem.
- 6 Forma hic statuta non sunt servanda, nisi in electione illorum Prælatorum per quorum mortem Ecclesia sunt viduata.
- 7 Ecclesia per quorum obitum viduata maneat & num. seqq. usque ad num. 36.
- 8 Electio Episcopi fieri debet secundum formam hujus Capituli.
- 9 Matrimonium spirituale inter Prælatum inferiorem & Ecclesiam propriè non contrahitur; sed quasi Matrimonium & num. 22.
- Electio Prælatorum regularium faciendâ est secundum formas hic præscriptas, dicto numero 9.
- Quod procedit, si Prælato regulari fuerit intulati aliis secus, num. 14. & sequentibus.
- Electio Abbatum fieri debet juxta hoc Capitulum, si sint perpetui, secus si temporales, num. 14. & sequentibus.
- Abbas est nomen potius sollicitudinis quàm honoris, dicto num. 10.
- Dicitur tamen Pastor & per ejus obitum Ecclesia remanet viduata.
- Abbatia in multis æquiparatur Episcopatus, ibidem.
- Abbatia dignitatem habet.
- Et eligi debet juxta hoc Capitulum.
- Si habeat Monasterium in titulum, aliis secus num. 16. & sequentibus.
- Electio Generalium & aliorum Superiorum regularium, etiam perpetuorum qui Monasteria non habent in titulum, fieri non debet secundum formam hujus Capituli & num. 18.
- Sed sufficienter singulares consensu Capitularium, dummodò præsentur in communi.
- Et electio fiat per vota secreta ad præscriptum Concilii Tridentini & num. 30.
- Tridentinum Concilium, capite 6. sessione 25. de regular. expenditur.
- Generales Cistercienses & Clunienses sunt etiam Abbates perpetui; ac prouidè eligi debent secundum formam hujus Capituli.
- Electio forma, de quibus in hoc Capitulo, non sunt sublata à Concilio Trid.
- Scrutiniis forma est incompatibilis cum forma Concilii Trid.
- Electio Regularium, in qua duo, vel tres suscipiant vota eligentium, non est conformis dispositioni Concilii Trid.
- Et quid in electione Abbatissæ, num. 51.
- Idem si scribis communis det singulis electoribus plures schedulas cum nomine unius tantum eligendi.
- Scrutiniis forma est valdè difficilis observari.
- Electio Superiorum Regularium per viam compromissi, vel quasi inspirationis, est sublata à Concilio Trid. & n. seqq. & n. 30.
- Compromissarii non ardeantur ad secretum.
- Electio quasi inspirata, quæ dicitur.
- Non est absolutè à Deo, sed quasi à Deo.
- Subjacet legi positivæ, & indiget Canonica probatione.
- Electio Superiorum Regularium fieri debet tamen per vota secreta.
- Electio Prælatorum principalium Collegiarum Ecclesiarum, qui generalem habent jurisdictionem, fieri debet secundum formam hujus cap.
- Prælatus inferiores sunt quodammodo sponsi Ecclesiæ.
- Capitulum hoc est favorabile, nec debet multum stricte interpretari.
- Electio ad dignitates, personatus, & Canonicatus in Cathedralibus Ecclesiis necessariò fieri non debet juxta hoc cap.
- Nisi aliud habeat consuetudo Ecclesiæ.
- In electione Papæ an sit servanda forma scrutiniis, & quasi inspirationis, remissè d. n. 35. in fin.



- 36 Electionis per viam scrutini primum substantiale est, ut fiat per congregatos in unum, & n. seqq.
- 37 Ut Scrutatores assumantur a Collegio, n. 42.
- 38 Ut Scrutatores sint tres, n. 45.
- 39 Ut Scrutatores sint de Collegio, n. 45.
- 40 Ut vota singulorum exquirantur secreta, n. 47.
- 41 Ut exquirantur sigillatim, n. 48.
- 42 Ut exquirantur vota cunctorum, n. 49.
- 43 Ut vota in scriptis redigantur, n. 53.
- 44 Ut vota in communi publicentur, n. 55.
- 45 Ut publicentur mox, n. 56.
- 46 Ut fiat collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum & zeli ad zelum, n. 57.
- 47 Ut collatio fiat in continenti post publicationem, n. 58.
- 48 Ut fiat communis electio, n. 59.
- 49 Ut eadem electio fiat statim post collationem, n. 60.
- 50 Ut electio fiat de illo, in quem major, & sanior pars Capitali consensit, n. 61.
- 51 Ut electio fiat verbalis, n. 62.
- 52 Ut electio non sit clandestina, n. 64.
- 53 Ut praedictorum omnium ordo servetur, numer. 66.
- 54 Electionis actus non debet esse singularis, sed Collegialis.
- 55 Absentium vocatio non pertinet ad substantiam electionis, sed ad iustitiam.
- 56 Declaratur num. 40.
- 57 Electio ex contentu aliorum non vitatur, sed cessari debet ipsi prosecutionibus contentum.
- 58 Electio fieri non potest, nisi sint praesentes duae partes obcordum.
- 59 Et in numero duarum partium, qui debeant computari.
- 60 Scrutatores non debent se aliter ingerere, alioquin reddentur suspecti.
- 61 Scrutatores se sint plures, quam tres vitatur electio.
- 62 Utile per iustitiam vitatur, ut aliquid inducitur pro forma substantiali.
- 63 Doctores attestanti de sileo Curia non est credendum, & num. 53.
- 64 Secreta quomodo exquirantur vota eligentium.
- 65 Scrutatores ore proprio vota electorum scrutari debent.
- 66 Scrutatores duo secundum communem praedictam scrutantur tertium

**Q**uia propter. Statuit Concilium formas electionum, secundum quas providi debet Ecclesiis viduaris, cassans electiones alter factas; & iubens contrafacientes pro illa vice eligendi potestate privari. Secundum prohibet, in electionis negotio procuratorem constitui, nisi certa concurrant. Tertio, praecipit electionem statim publicari, & reprobat clandestinas. Hoc dicit secundum Joan. Andr. & est famosa & principalis in titulo, ut inquit Cardin. in princ. Dividitur in duas partes principales. In prima ponitur Constitutio causa. In secunda Constitutio ius, Statutum. Secunda subdividitur in tres, quae patent per §. Secunda, ibi, illud. Tertia, ibi, Electiones.

Nota primo, ex hac constitutione tres formas Canonice electionis, videlicet Scrutini, Compromissi, & quasi inspirationis, ut hic per Bernard. in figuracione casus, Cardin. Abb. Joan. de Ansa. & alios communiter in summano textu. Et quamvis Goffred. & Innoc. num. 6. in ver. Per inspirationem, senserint huiusmodi formas esse duas tantum, quod electio, quae fit quasi per inspirationem non fit forma, sed exceptio a forma: ponderantes textum in ver. Nisi. Nihilominus Compotell. num. 27. in ver. nisi forte, & post eum Joan. Andr. num. 37. in eodem ver. aliterunt non esse peccatum si dicatur esse forma, cum aliquam habeat formam, ut per eos. Et hic iunge quod dicam infra nu. 28. & seqq. Rufus estis Host. n. 51. sentit quatuor esse formas, & sub illa dictione, quasi, latere etiam veram inspirationem, & istarum formarum hunc esse ordinem, ut primo recurratur ad formam inspirationis, quae est immediate a Deo. Secundo, ad formam quasi inspirationis, quae est quasi a Deo. Tertio, ad formam Compromissi, quae est ab homine. Quarto ad Scrutini, quae est a Canone: tamen primum dictum, videlicet formas substantiales electionis non esse nisi tres, tenent committere omnes, & magis consonat litterae huius textus, qui cum misterio ponit illam dictionem, quasi, quae est veritatis indicativa, & non veritatis expressiva, secundum Host. num. 50. in ver. Quasi per inspirationem; nemp; ut excluderet veram inspirationem, quae redigi non debet, nec potest ad aliquam formam iuris positivi, cum illam, qui nec fallit, nec fallitur, habeat Autorem, cap. A nobis, in secundo infra de sentent. excommunic. c. Duae. 19. qu. 2. & talis fuit electio B. Ambrosii, B. Nicolai, & B. Severi, de quibus in §. His omnibus 61. disticti. Haec tamen secundum Host. d. non. 51. peccatis nostris impediuntibus, vado, sur numquam occurrerit, adeo ut fabulose dici soleat, columbam illam per quam olim Archiepiscopi Ravennates eligebantur, a corvo

- 51 Monialium vota in electione Abbatis debet Episcopus, vel Superior ante cancellorum fenestram audire, vel accipere.
- 52 Nec ictu affixae votum suum mittere possunt, sed Episcopus debet ad eas accedere pro votis accipiendis.
- 53 Eligentium vota debent in scriptis redigi, vel per scrutatores, vel per tabellionem etiam extraneam.
- 54 Tabellio in electionis negotio potest esse laicus.
- 55 Publicatio est de forma electionis, non autem per quem fiat.
- 56 Dicitur, mox, quid importet.
- 57 Electio communis post collationem votorum, quae forma fieri debet.
- 58 Electio ut sit valida non sufficit, ut quis habuerit majorem partem suffragiorum, nisi etiam illa sit sanior, & idem in causa converso.
- 59 Procurator ad eligendum nomine absentis etiam legitime impedit non potest esse, qui non est de Capitulo.
- 60 Electio publicari debet in Capitulo, & tamen est ut etiam populo publicetur.
- 61 Electio clandestina, quae dicitur.
- 62 Dies & locus non sunt de substantia electionis, & n. 69.
- 63 Etiam si in Constitutionibus Ecclesiae, vel Ordinis certus dies, aut locus sit praescriptus, nisi ad sit decretum irritans.
- 64 Electio honestum est, ut fiat in Ecclesia vacante, sed hoc non est de substantia, nisi aliud habeat consuetudo.
- 65 Scrutatores ut sint sine dignitate, non pertinet ad substantiam electionis, sed ad iustitiam.
- 66 Electio ut celebretur antequam caeteri Praelati sit traditum sepulturae, non est de substantia.
- 67 Praesens Capituli, an sit de substantia electionis.
- 68 Capitula celebrari nec solent, nec habent sine praesente, ibi.
- 69 Ad esse Collegii non requiritur, ut habeat Praelatum.
- 70 Collegia cessante exemptione habent Ordinarium pro capite exempta vero Papam.
- 71 Capitulum potest congregari ab antiquiore in defectum eius, ad quem id spectat de iure, vel consuetudine.
- 72 Forma electionis per compromissum, quae sit, remissa.

occidit fuisse, ut hic refert Joan. Andr. num. 40. vers. Unde & dicitur.

Secundo nota verba illa textus, Ecclesiam viduaris, quae cum sint posita in praemio Constitutionis, designant causam finalem, & regulant totam dispositionem, ut l. 1. ff. de orig. jur. l. ult. ff. de hered. inst. Oldrad. conf. 103. Questio est, vers. Secundo ex hoc, Lapis allegat 101. in Crociate n. 24. vers. Circa secundum, Bart. in l. Cum in num. 4. & in §. Eam transacionem. ff. de transacione. Unde dispositio huius capitis locum non habet, nisi in electione illorum Praelatorum, per quorum obitum Ecclesiae remanent viduae, & sine Pastore, prout hic notat glossa prima, quae a Doctores communiter recipitur. Contrahitur enim inter Praelatum & Ecclesiam spirituale conjugium, cap. Sicut vir. 8. quae 1. cap. Regalibus. ff. de transacione. cum simili. Ac prout sicut uxor carnalis per obitum viri remanet vidua, c. Vidua 34. dist. 14. & Ecclesia per obitum Praelati, & sponsi spiritualis, ut c. Inter corporalis, §. Sed neque infra de transacione. ff. de transacione.

Hinc deducitur primo, ut in electione Episcopi indistincte servanda sint formae hae praedictae, quia Episcopus proprie est sponsus Ecclesiae, & inter ipsum & Ecclesiam propria Matrimonium spirituale contrahitur, ut loquitur iura praedicta, & plene probavi in cap. Quomodo num. 5. de transacione. post Turrecem. in d. cap. Sicut vir. 7. q. 1. Unde cum in Episcopo praecipue veniantur verba huius Constitutionis de Ecclesia vidua, cap. Ne pro defectu supra eod. nulli dubium est, quin ad eius electionem sit procedendum altera ex formis hae statuta a Concilio Generali. Et in hoc post glossam primam, & Abb. Ant. hic num. 2. in fin. conveniunt omnes, teste Bellam. n. 3.

Deducitur secundo, ut formae hae praedictae sint etiam servandae in electione Praelatorum Regularium: nam erit inter prelatos inferiores, & Ecclesiam proprie, & spirituale conjugium non contrahitur, ut tenent Archid. in c. Sicut vir. 7. qu. 1. Bart. in cap. fin. n. 15. & ibi etiam Abb. n. 5. supra de postul. Praelatorum. tamen inter eos est quasi Matrimonium, ut probat textus optimus in c. Ne pro defectu supra eodem, ubi Pontifex requiritur Ecclesiam Cathedralis & Regulares & illorum Praelatos appellat pastores, & per illorum mortem dicit Ecclesiam viduam: Unde merito haec Constitutio etiam in eorum electionibus servanda est; & ita hic firmant gloss. 1. Joannes, Tancredus, Vincentius, Philippus, Host. relati a Bellamera n. 3. item Abb. Antiqui. n. 3. & alter Abb. n. 7. vers. Circa & num. 8. vers. Et placet, Rota decis. 5. in princ. de elect. in Novis, Franciscus Mare decis. 992.

quae non computantur cum forma praescripta a Concilio Tridentino. Et quidem quod formam scrutini hoc patet evidenter, primo quia ex praescripto huius textus alimendi sunt tres scrutatores, qui vota eligentium ore proprio exquirant, ut dicam infra in septimo substantiali huius formae n. 49. hoc autem servari non potest secundum formam electionis Concilii Tridentini: nam proposito dubio, An electio facta per scrutinium ubi duo, vel tres suscipiant vota eligentium, sit conformis dispositioni expressae cap. 6. sess. 25. de regular. Sacra Congregatio censuit non esse. Deinde ex praescripto huius capitis vota eligentium debent in scriptis redigi per ipsos scrutatores, vel per tabellionem, idque substantiale est, ut dicam infra in 8. substantiali. At secundum formam electionis Concilii Tridentini. hoc non potest observari, cum debeat esse secreta sive obsequium cum consuevit fieri electio Superiorum hac forma, ut eligentur scriba communis, qui singulis electoribus tres schedulas tribuat, in quarum singula sit scriptum nomen aliquis eligendi ab aliis diversum, & elector, schedulis de manu Scribae acceptis, quam ex eis elegerit pro voto suo tradat, alius duas locuras, cumque audivisset in quadam electione scribam unam tantum schedulam aliquibus vel duas, in quibus idem nomen continebatur tradidit: fuit dubitatum an esset servata forma praescripta c. 6. sess. 25. de regular. S. Congregatio censuit electionem nullam, quia scriba potuit revicare.

Demum secundum formam huius c. Substantiale est, ut vota electorum publicentur in communi, ut dicam infra in 9. Substantiale. At secundum formam Concilii Tridentini. vice versa substantiale est, ut eligentium vota nunquam publicentur, ut in d. c. 6. Ergo implicat contradictionem, ut in electione Superiorum Regularium, quae fieri debet secundum formam d. c. 6. servetur forma scrutini praescripta in hac decretal.

Hic addo fuisse admodum rationale, ut Religiosi exempti essent a forma scrutini hae praescripta, quia illa est difficillima observari ob quam plurima substantialia, quae insunt huic formae, ut patet infra a num. 36. usque ad num. 67. adeo ut iustitiam praedictam ignorantes in ea deficiant, ut inquit gloss. in c. cum expedit in ver. Inquisitis infra eod. lib. 6. & Abb. hic num. 16. in fin.

Quo vero ad formam compromissi, & quasi inspirationis id ipsum patet, quia cum Tridentina Synodus voluerit electionem aliter fieri non posse, quam per vota secreta, & nomina electorum, nunquam publicari; utique per hoc excluditur forma compromissi & quasi inspirationis; neutra enim est secreta, cum compromissi ad secretum non ardentur, ut notat glossa in cap. cum expedit in ver. Examinatis supra eod. Bart. hic num. 45. & in d. c. cum expedit num. 10. Electio vero quasi inspirata fiat cum omnes affliti Paracito, ad instar Apolloforum uno ore loquentes eligunt, ut hic per Host. num. 51. & Joan. Andr. num. 40. Neque obstat, quod huiusmodi electio cum sit a Deo, non potuerit tolli per legem positivam Concilii Tridentini, quia quae spiritus De aguntur, non sunt sub lege, c. Duae. 19. quae 2. c. Licet infra de regular. tam responderetur, electionem per se ipsam per inspirationem non esse absolutam a Deo, sed quasi a Deo, tamen Host. num. 51. quia sic praesumitur, non tamen adeo est certum, quin possit esse contrarium; unde & talis electio propter dubium subjacet legi positivo, & eget canonica probatione & confirmatione, cap. Nisi cum epidem de renunciat. cap. cum ex injuncto de heret. & hic firmant Hostien. in d. numer. 51. Joan. Andr. num. 40. cum quibus aliis transcurrit merito, cum Carthusiani dubitaverint, An in electione Superiorum possit procedi nemp; per viam scrutini, sed etiam inspirationis vel compromissi: Sacra Congregatio Concilii censuit electionem horum Praelatorum Regularium debere fieri tantum per vota secreta, ut se habent verba propria Concilii d. c. 6.

Deducitur tertio, ut formae hae statuta servari etiam debeant in electione Praelatorum principalium Collegiatorum Ecclesiarum etiam secularium, qui in spiritualibus generalium habent jurisdictionem in iudem Ecclesiis, ut concludit gloss. 1. hic, Goffred. Innoc. Compotell. & Hostien. quos refert & sequitur Joan. Andr. num. 60. in gloss. ibi, Collegiatus, Abb. Antiqui. num. 3. Bellam. eod. num. ver. tertio die, Sil. in ver. electio secundo num. 2. ver. Nec arbitror, dummodo tamen Collegium sit tale & tantum, ut possint formae servari, secundum Joan. Andr. ubi supra. Ratio est, quia est inferior Praelati non sunt proprie sponsi Ecclesiae, nec cum eis proprie fit Matrimonium spirituale, sed cum Episcopo, tamen ut testis supra num. 8. & docet S. Thomas in 4. dist. 20. art. 4. quae 1. & dist. 24. q. 3. art. 3. tamen & ipsi quodammodo sponsi appellentur, c. sicut in annotatione 21. q. 2. secundum gloss. & alios praedictos, & ver. videtur, in hac materia non debet capi ita strictly, quin peragatur etiam ad Praelatos & Pastores inferiorum Ecclesiarum, ut patet in d. c. Ne pro defectu supra eodem, praesertim verum



quia hæc Decretalis est favorabilis, cum emanaverit ad remouenda Ecclesiarum pericula & impedimenta, ut patet ex principio textus, unde non debet multum stricte intelligi, ut pendente Abbas hic num. 9. & Siluester in ver. Electio a. n. 5.

34 Deducitur quartum, ut in aliis dignitatibus, personatibus & Canonibus Cathedralium Ecclesiarum locum non habeat hæc constitutio, quia per eorum mortem Ecclesie non remanent viduatae, cum non ipsi, sed principales Prelati sint sponsi Ecclesie & in hoc resident hic glossa prima in im. Goffred. Innoc. & Compofit. Speculat. hoc tit. in fine. & Guil. Man. cap. 1. Ubi idem tenet, nisi consuetudo Ecclesie habeat, ut etiam in illis dignitatibus seruentur forme ad quod facit cap. penult. de offic. delegat. lib. 6. Et quamvis contradicat Host. hic paulo ante n. 13. vers. Sed contra, existimans hæc decretalem habere locum in omnibus beneficiis, quorum electio, vel collatio ad aliquod Collegium pertinet, eod quod hæc fuerit mens conditoris & ubi dicit textus, Ecclesie viduatae, Hostiens. subaudit, vel delictus manibus, tamen primos sequitur Joan. Andr. hic num. 60. in ver. Collegiatum & in cap. Sicut cum in gloss. ordinari. in ver. Formam infra eodem lib. 6. cui consentiunt hic Bellam. num. 3. vers. Quartum dicit, Abbas num. 7. in ver. Ecclesia viduata, dicens, in hæc partem inclinare communiter Doctores & subaudiuonem Host. delruere hæc litteram & communiter non tenent, nec esse rationi consentaneam, tum quia ubi agitur de modico præiudicio non est necessaria tanta solemnitas, tum quia non debet Superior, qui potest difficultatibus occurrentibus providere, arg. in capite Ubi periculum in princ. infra eodem lib. 6. & cap. Licet in fine supra eodem, & sequitur tandem verbi Siluest. in ver. Electio, il. secundum num. 2. vers. & consequenter. An autem in electione Romani Pontificis hodie tenenda sint formæ seruitium, compromissi & quali inspirationis, latissime in c. Licet de vitanda supra eod.

36 Ultimo nota octodecim substantialia forma electionis per seruitium, quæ ex hæc Decretali colliguntur, secundum Jo. Andr. n. 28. quem Doctores communiter sequuntur.

37 Primum substantiale est, ut electio fiat per congregatos in unum, ita ut actus electionis non fiat singulariter, puta in Camera, sed Collegialiter & in communi, ut innuitur in text. ibi. Praesentibus omnibus, & c. & habetur apertius in cap. In Gensu infra eodem, & hic notat Innoc. num. 1. dicens esse de forma, ut Capitulum congregetur, Hostiens. num. 17. in ver. Assumantur, Joan. Andr. num. 28. Butr. num. 20. vers. ad intellectum, Cardin. num. 3. in septima quasi. & Abb. num. 12. gloss. in cap. 1. in ver. Tractatus de rebus Ecclesiis non alienant. lib. 6. Non tamen intelligas esse de substantialibus formæ, ut videntur absentes, hoc enim ad substantiam electionis non pertinet, sed ad iustitiam. Et iteod ex contemptu aliquorum electio non vitatur, sed retractari debet ipsius praesentibus contempum, ut c. Quid si quis & cap. Bona supra eodem & infra cap. Ecclesia, il. secundum & hic declarant Joan. Andr. Cardin. & Abbas locis citatis. Itaque de substantia est, ut electores congregentur in unum, non autem ut omnes sint praesentes & in hoc conveniunt omnes telle Bellam, hic num. 11. Dummodò tamen sint praesentes duæ partes eorum, qui ad electionem vocari debent; alias enim non esset ibi Capitulum, seu Universitas: Sed si duæ partes sint praesentes, tunc valebit quod maior pars disposuerit, ut notatur in l. nulli & in l. Plant. ff. Quod cuiusque universi. num. & per Bellam. d. num. 11. & Abb. num. 12. & Petr. à Bixio in Direct. Election. in 3. par. cap. 6. num. 3. vers. & iura qua dicant, & secundum hoc si vocales essent duodecim & quatuor essent contempri, valerit electio facta à quinque ex octo praesentibus: Secus si essent contempri quinque, quia tunc non essent ibi duæ partes constituentes Capitulum, quod bene nota. In numero autem duarum partium non sunt computandi, nisi qui debent & volunt & possunt commodè interesse, ut firmat Abb. hic num. 5. & Petr. à Bixio d. n. c. 6. n. 4. ad quod vide gloss. magnam in c. Indemnitatibus, §. Sanè in ver. non obstante de elect. lib. 6. & in Clem. Quod circa in ver. quo in facta eod. tit. & circa numerum duarum partium vide omnino distinctionem, quam ex mente Canonistarum ponit Abb. in d. cap. cum omnes num. 13. de constitut.

38 Secundum substantiale est, ut scrutatores assumantur à Collegio, ut patet ex littera ibi, assumantur. Non enim debent esse ultro ingerere, alioquin redderentur suspecti, ut leg. quæ omnia, ff. De procurat. & post Vincent. hic notant Abb. Antiq. num. 7. in ver. assumantur, Hostiens. num. 17. in eod. ver. Joan. Andr. num. 10. & num. 28. vers. secundum Card. num. 3. in 8. quasi. & alii communiter. Et quamvis Abb. numer. 13. dubitet an hoc sit de substantia & paret electionem valere si tres de Capitulo aliis videntibus & tacentibus incipiant aliorum vota scrutari, quia cum agatur de re memoria & concupiscibili, tacentes habentur pro consentientibus, ut in simili notat glossa in c. sicut cum in ver.

Formam infra eodem lib. 6. tamen non videtur recedendum à communi opinione. Quid enim si illi, qui se ultro ingerunt, essent potentes & terribiles; adeo ut electores non audeant contradicere? Ad hoc leg. nunc. C. ff. Reß. Provinc. l. si per impressionem, C. Quid met. caus. l. unic. Cod. si quacumque pradi. potest. Et cap. quæque infra eod. Unde Concilium summa cum ratione statuit, ut scrutatores à Collegio expresse assumantur & ipsemet Abbas fateatur tutum esse ita servare.

Tertium substantiale est, ut scrutatores qui assumuntur, sint numero tres, non plures, nec pauciores: Idque substantiale esse firmat hic Hostiens. num. 17. & 43. Joan. Andr. num. 28. vers. tertium Bald. num. 31. Butr. num. 22. vers. Dicitur sexto, Cardin. n. 3. q. 13. Anchar. col. 1. in fine, Imol. num. 7. & communiter Doctores, ut testatur Abbas num. 13. vers. tertium substantiale, Siluest. in ver. elect. secundum num. 12. Petr. à Bixio in Direct. elect. par. 3. cap. 23. . . . Et quamvis glossa hic in ver. Sanior. Tancred. Vincent. & Innoc. num. 4. existimant hunc ternarium numerum non esse de substantia, quia qui plus facit, non videtur facere contra & superfluum non vitatur: tamen prima opinio magis consonat huic litteræ quæ dicit, assumantur tres, & ibi incipit substantialia formæ, secundum Hostiens. num. 17. in ver. tres, & Joan. Andr. num. 9. in ver. assumantur. Et regula utile pro inutile non vitatur, locum non habet; ubi aliquid inducitur pro forma substantiali, ut in terminis electionis tradit Romanus conf. 66. Videl. eximie D. n. 2. usque in fine. Unde à communi opinione non esset recedendum in consulendo, aut iudicando, ut inquit Berrand. conf. 187. num. 1.

Quartum substantiale est, ut idem scrutatores sint de Collegio, ut est expressum in littera ibi, De Collegio & tenent Comp. n. 5. in ver. De Collegio, Host. n. 43. Joan. Andr. n. 11. Butr. n. 22. vers. Dicitur septimo, Cardin. n. 3. q. 12. Anchar. col. 2. v. circa hoc Imol. n. 8. & Abb. n. 13. vers. quartum substantiale, Rota in preallegat. Matr. Monasterii, vers. neque est verum & in dicta Treverren. Abbatie, vers. & quod etiam coram Cocino. Nec refert, quod aliqui sentiant non esse de substantia, ut scrutatores sint ex corpore Collegii, sed posse etiam aliunde assumi, inter quos gloss. in ver. Sanior, Vincen. & Tancred. hic Mandagor. de elect. novor. Pralat. cap. 23. in ver. Irritari, qui amplius attestatur in Curia confirmatam fuisse electionem Abbatii Tulien. Licet in ea fuissent assumpti sex scrutatores, nempe tres de Collegio; & tres extra Collegium, ut refert Cardin. hic num. 3. q. 12. vers. & iuxta Mandagoriam. Quandoquidem à prima opinione quæ conformis est huic litteræ & magis communiter tenetur, non est eliquatenus recedendum; & confirmatio illa potuit concedi ex gratia, non autem ex eo quod electio valida esset, ut perpendit Rota in decisibus proximè citatis, ubi etiam dixit non esse credendum Hostiens. in summa huius tituli, §. Qualiter faciendum col. 4. vers. assumendum, & nonnullis auctoritatibus secundam opinionem esse receptam in Curia, ex tradita per Mohedanum decis. 2. & 3. de cons.

Quintum substantiale est, ut vota singularum exquirantur secretè, ut patet ibi, secretè & tenet glossa in ver. Sanior. Hostiens. num. 47. vers. tertium est, Joan. Andr. num. 28. vers. quintum, Abb. num. 13. eod. vers. & reliqui omnes. Et dic secretè, id est non in communi, secundum Goffred. sed secretum ab aliis qui habent jus in electione, ut per Host. num. 28. in verso qui secretè, & Abbatem Siculum ubi supra, puta in angulo Capituli, secundum Abbas Antiq. num. 8. in ver. Qui secretè; idque ob eam rationem, ut quisque liberè votum suum possit exprimere exemplo testium, qui propterea secretè; & secretum ab aliis sunt examinandi, cap. Venerabili infra de testib. ut hic per gloss. in vers. secretè, Hostiens. & Abb. Siculum locis citatis.

Sextum substantiale est, ut vota eligentium exquirantur singulariter, ut in littera ibi, & sigillatim. Non ergo exquiri debent binii, vel triini, sed unus post alium, sicut servatur in testibus, qui non debent plures concurrere in examinatione, aliis depositio nulla esset, ut in d. c. Venerabilis & in cap. cum causam de test. Idque inter substantialia electionis recenlet glossa hic in ver. Sanior, Hostiens. num. 43. vers. tertium, Joan. Andr. num. 2. 28. vers. sextum, & Abb. num. 15.

Septimum substantiale est, ut exquirantur vota omnium praesentium, ut habetur in textu ibi, vota canctorum. Ergo si vel unus ex praesentibus omittatur, aut non exquiratur à tribus scrutatoribus, sed ab uno, vel duobus tantum, irrita est electio, ut hic per Joan. Andr. num. 14. Cum quo Abb. num. 16. & ceteri consentiunt: & ver. Exquirantur, intellige, scilicet per se & ore proprio, id est interrogando electores in quem consentiunt & quo zelo, & de illius meritis & qualitate; hoc tamen non est de substantia, sicut de substantia est, ut exquirant; & ita hic notant Innoc. num. 6. Host. num. 30. Butr. num. 25. & Abb. in 3. not. Specul.

in tit. de elect. §. 1. num. 17. quos sequitur Rota d. Treverren. Abbatia, vers. tertio coram Cocino; & hoc intelligas quantum ad scrutatores respectu aliorum electorum: respectu autem ipsorum practica diversa traduntur practica: tamen verior & communis practica est, ut duo ex ipsis scrutentur tertium, secundum Innoc. hic num. 6. in ver. canctorum, Compofit. eod. num. Host. n. 43. vers. sed quis inquiret, Joan. Andr. num. 18. Butr. num. 26. Abb. num. 9. vers. quanto quaritur, & alios apud Rotam in Treverren. Abbatia, vers. secundum. Et his signa differentiam inter formam quæ sit in electione Abbatissæ sanctimonialium, & formam inducitur à Concilio Tridentino in electione superiorum Regularium, quæ ita debet esse secreta, ut non sit canonica si duo, vel tres vota electorum excipiant, ut dixi supra numero 22. Licet secus sit in electione Abbatissæ sanctimonialium, quæ ex decreto Concilii Tridentini c. 7. in fine. sess. 25. de regular. Episcopos, five alios superior ante cancellorum necessellam debet vota singularum audire, vel accipere. Quinimo Sacra Congregatio eisdem Concilii interpretes à Canonice Regularibus consulta, an Moniales lecto propter morbum affixæ votum suum ad electionem superiorum mittere possint, Respondit non posse, sed qui accipiendis, custodiendisque votis praesecti erunt, debebant accedere & ab eis vota accipere.

Octavum substantiale est, ut vota electorum in scriptis redigantur, ut in textu ibi, in scriptis redacta. Et hoc esse de forma substantiali, tenet glossa hic in vers. Sanior, Host. num. 31. Joan. Andr. num. 28. vers. Octavum, Abb. num. 16. eodem vers. Et ceteri omnes: & quod dicit in scriptis redacta, intellige vel per ipsos scrutatores, vel per tabellionem etiam extraneum, secundum glossam in ver. Redacta, Innoc. num. 6. Hostiens. d. num. 31. & Joan. Andr. num. 19. Nec refragatur, quod vota secretè sint scrutanda: quia hoc debet intelligi quantum ad ipsos electores, qui non debent vota sua palam aperire; non autem quantum ad personas necessarios adhibendas, ut declarat præcitata glossa, cum qua Doctores communiter transeunt. Vel Tabellionem in huiusmodi actu adhibendum non solum potest esse extraneus à Collegio, secundum Innoc. ubi supra, sed etiam Laicus: & quamvis contradicant Host. Joan. Andr. & alii plures in cap. sicut te infra n. Clerici, vel Monach. tamen hæc opinio non solum est verior & communior & ubique recepta ex consuetudine, ut hic per Abb. num. 10. Sed etiam reperitur hodie approbata à Concilio Tridentino in cap. 10. sess. 22. ubi patet Notarios etiam Imperiales, vel Regia autoritate creatos & sic Laicos posse hoc officium exercere etiam in negotiis, litibus & causis Ecclesiasticis; & spiritualibus quamvis ab Episcopo missi idonei reperiri, vel in officis delinquentibus suspensis non fuerint; quem locum ad hoc plenè expendi in d. c. sicut te num. 64. & seq. & adde quod in proposito scripsi in cap. Quisquis num. 19. & seq. supra eodem.

Nonum substantiale est, ut vota postquam fuerint in scriptis redacta in communi publicentur, ut patet in text. ibi, publicentur in communi, id est in Capitulo. Quam publicationem similiter esse de forma substantiali, firmat glossa præallegata in ver. Sanior, Host. num. 44. vers. quintum est, Joan. Andr. num. 28. vers. nonum, Abb. num. 16. eod. vers. & consentiunt alii. Publicatio autem fieri potest ab omnibus scrutatoribus, vel ab aliquibus ipsorum, vel à Capitulo; non enim est de forma per quem fact, secundum Innoc. num. 6. in v. Publ. Sed tu dic, ut per Cardin. in 32. q. Decimum substantiale est, ut publicatio huiusmodi fiat mox, postquam vota fuerint in scriptis redacta, ut patet in text. ibi, mox, id est in continenti, nullo actu contrario intermedio, unico contextu, instar instrumenti, ut I. Hæredes palam in fin. ff. de testum. secundum gloss. hic in ver. mox Innoc. num. 6. in eodem ver. & Card. quasi. 21. Et quamvis nonnulli putaverint istud, mox, non esse de forma, ut Comp. num. 11. ver. Mox publicentur: tamen contrarium tenet Joan. Andr. n. 28. ver. Decimum, & est tutius & communius; secundum Card. ubi supra, & Abb. num. 16. vers. Decimum.

Undecimum substantiale est, ut votis publicatis fiat plena collatio, ut constat ex littera ibi, collatione habita, id est numeri ad numerum, meriti ad meritum & zeli ad zelum, ut in c. In Gensu infra eodem & hic declarat glossa in ver. Collatione, quod similiter esse de forma, tenet præcitata glossa in ver. Sanior, cum quo Joan. Andr. n. 28. v. Undecimum, Abb. n. 16. eodem vers. & ceteri transeunt.

Duodecimum substantiale est, ut huiusmodi collatio fiat in continenti, postquam vota fuerint publicata: nam mox, illud possum in publicatione votorum post seruitium, debet ceteri repetitum in collatione & electione; & quamvis aliqui discrepent, tamen hoc approbant Joan. Andr. post Philipp. & Host. in c. cum post petram n. 9. in gloss. 2. infra eod. lib. 6. & idem Joan. Andr. hic n. 28. vers. Duodecimum & Abb. n. 10. eod. vers. dicens hoc esse tenendum per l. cum Antiquitas, C. de testum.

Decimum tertium substantiale est, ut post habitam collationem sequatur communis electio, ut patet in littera ibi: In collatione habita eligatur & tenet gloss. in ver. Sanior, Joan. Andr. num. 28. vers. Decimum tertium, & Abb. num. 16. eod. vers. quod ita intelligendum est, ut electio fiat ab uno ex Collegialibus nomine Capituli & per ver. singularis numeri, ut cap. sicut eum infra eod. lib. 6. cap. cum ab uno de sent. & re iudic. eod. lib. secundum Joan. Andr. & Abb. loc. cit. Potè ex Constitutionibus Ordinis Predicatorum distinct. 2. de elect. Magistri Ordinis c. 4. §. 5. in gloss. 1. in fine. Facta collatione numeri ad numerum, fit communis electio in hunc modum, videlicet, ego N. vice mea & omnium electorum mecum consentientium eligo Fratrem N. in Magistrum Ordinis Predicatorum.

Decimum quartum substantiale est, ut ipsa communis electio fiat illico post collationem; id est nullo extraneo actu interjecto: nam illud mox, censetur repetitum etiam in electione, ut dixi supra in 12. substantiali. Ex in hoc consentiunt gloss. hic in ver. Sanior, Comp. num. 11. ver. sed in electione, Joan. Andr. d. n. 28. ver. decimum quartum, Abb. num. 16. eod. vers. & communiter omnes, & probatur clarè in cap. Cum post petram infra eodem lib. 6. ubi cassatur electio, quia non fuit publicata statim post collationem.

Decimum quintum substantiale est, ut electio fiat de illo in quem maior, & sanior pars Capituli consentit, ut expressè habetur in text. ibi, in quem omnes, vel majores & sanior & c. Intellectus enim Innocentii num. 6. qui exponit particulam. Et pro id est, inserti vim litteræ. Ideoque tenendum ad validitatem electionis non sufficere, ut quis habuerit majorem partem suffragiorum facta collatione numeri ad numerum, nisi etiam illa sit sanior, & silem in calu conuerto, ut hic & in cap. Ecclesia nostra: il. secundum infra eod. ubi est casus, secundum Joan. Andr. & omnes ibi in Sumario, & hic firmat Host. num. 44. vers. Nonum, Joan. Andr. d. num. 28. vers. Decimum quintum, & Abb. dicit. num. 16. eod. vers. & in 5. not. Et cum textus dicit major & sanior pars Capituli, hic colligunt Doctores electionem faciendam esse per solam partem procuratorem aliquem absentis, etiam legitime impediti, nisi fuerit de corpore ipsius Capituli, seu Collegii, ita Mandagor. de elect. novor. Pralatorum cap. 1. Petr. Gregor. Tolos. ad Decretal. sub hoc tit. cap. 6. n. 9. Joan. de Selva de Benef. par. 2. q. 22. à num. 9. & est expressum infra eod. in §. Illud autem, ibi, Uni committat de ipso Collegio vice sua.

Decimum sextum substantiale est, ut electio fiat verbalis; & ita intelligi debet hæc littera in ver. Eligatur, & probatur in cap. Ecclesia, il. primo infra eodem & in cap. Sicut eum & cap. Cum ab uno eod. tit. lib. 6. & ita hic tenent Joan. Andr. num. 28. vers. Decimum sextum, Butr. num. 35. vers. Decimum septimum, Imol. num. 8. eodem vers. & Abb. d. num. 16. vers. Decimum sextum.

Decimum septimum substantiale est, ut electio non fiat clandestine, sed solemniter publicetur, ut patet in fine huius cap. & in cap. su. infra eod. lib. 6. & tenet glossa ultima hic Host. numer. 44. Duodecimum, Joan. Andr. num. 28. vers. Decimum septimum, Butr. num. 35. vers. Decimum octavum, Imol. num. 8. eod. vers. & Abb. num. 16. vers. Decimum septimum, & idem Abb. & Alex. de Nevo in cap. 1. uterque in primo not. infra de Claudef. despons. & publicatio fieri debet in Capitulo, & tutum est, ut etiam populo publicetur, secundum Abb. ubi supra. Quæ autem electio dicatur clandestina, late persequitur hic glossa ultima, & Doctores. Satis placet opinio Compofitellani num. 44. dicens electionem clandestinam esse, quando Canonici concordant inter se ordinando, ut nihil extra Capitulum de electione dicatur, sicut fecerunt Canonici Ecclesie Compofitellane ob Regis timorem, cujus consensus primò non fuerat requisitus; & ob id cassata fuit eorum electio propter ver. Reprobamus, positum in fine huius textus, secundum Compofitell. quem sequitur Abb. hic in fine.

Decimum octavum, & ultimum substantiale est, ut prædictorum omnium ordo servetur, ita ut actus supra enumerati non fiant præpostè, nec simultaneè, sed successivè unus post alium, ut patet in eo quod legitur, & notatur in cap. Cumana, §. final. infra eodem, & hoc esse de forma substantiali electionis, tenet glossa hic in ver. Sanior, Host. n. 44. vers. Decimum, Joan. Andr. num. 28. vers. Decimum octavum, Butr. num. 35. vers. Decimum nonum, Imol. n. 8. eod. vers. Abb. dicit. num. 16. vers. Decimum octavum, & nullus discrepat.

Addunt nonnulli aliud substantiale electionis, videlicet, ut certa dies assignetur ad electionem celebrandam, per cap. Cumana, & cap. Cum in veteri infra eodem. Sed oppositum tenet Compofitell. hic num. 3. dicens se ita vidisse Papam terminantem. Nec obstant præcitata iura, quia in illis narratur factum, non ponitur jus, secundum eum cui consentiunt Jo. Andr. n. 28. v. Addunt quidem, Butr. num. 35.



68 eodem vers. & Abb. num. 16. vers. Aliqui volunt. Et ita videtur observari, etiam in Constitutionibus Ecclesie vel Ordinis premissis sit certa dies ad electionem celebrandam & idem de loco; nam nihilominus electio non fuit reprobanda ex eo quod alio die vel loco celebrata fuerit, de quo per Archidiaconum in capite In nomine Domini, num. 16. in fine num. 17. & 18. 23. distincti. nisi Constitutiones procedant ulterius irritando electionem: ad quod vide quod notant Joannes Andreas num. 3. & Abbas num. 11. in capite Ad Apostolicam infra de regulis; & quod plene scripti in capite Cum accessissent, num. 37. & 40. supra de Constitutionibus.

69 Item addunt aliqui substantiale esse, ut electio celebratur in Ecclesia vacante, ut capite quod sicut supra eodem. Sed hoc similiter non tenetur, quia licet sit honestum & iustum ut in dicto capite. Quod sicut vers. Cum iuxta Constitutiones Canonicas: tamen nec locus est de substantia electionis, secundum Joannem Andream, num. 28. circa finem, versione Et quid in Ecclesia. Cui etiam Abbas consentit num. 16. circa finem, versione: Item addunt aliqui. nisi aliud sit obventum de consuetudine, argumento capitis Quod fronte de appellatione.

70 Rursus addunt quidam substantiale esse, ut scrutatores sint digni; cum hoc sit exprellum in hac littera ibi, fide digni. Sed secundum Joannem Andream circa finem, versione Item quod scrutatores & Abbas num. 16. versione Addunt etiam, communiter tenetur hoc non pertinere ad substantiam electionis; sed ad iustitiam, quia textus hoc dicit potius admonendo quam aliquid substantiale inducendo; & huiusmodi idoneitas prelatum, ut in capite finali de prescriptis.

71 Similiter licet aliqui contradicant: communiter tenetur non esse de substantia, ut electio celebratur postquam cavaverit traditum est sepulture: ut notant omnes in capite Bona, ille secundum post glossam, ibi in verbo Traditum supra eodem. Joannes Andreas dicto numero 28. in fine & Abbas dicto numero 16. itidem in fine. Silvester in verbo Electio 1. questione 6.

Vidi multos dubitari, an Preses Capituli sit de substantia electionis; nam communis practica habet, ut Capitula non celebrentur sine Preside; itaque valde rationabile est, ut sit ibi aliqui qui dirigat actus Capitulares; & videretur confusio & discordantia oceano amputetur, argumento capitis In Apibus 7. questione 1. Sed nihilominus verus videtur hoc ad substantiam electionis non pertinere, tum quia in hac Decretali, ubi prescribuntur substantia electionis: de Preside nihil disponitur, ut ostensum est supra; nec alicubi reperitur in Jure, ut ex defectu Presidis aliqua electio fuerit cassata vel reprobanda; nec ullus Doctor id exigit ad electionis validitatem; & in specie Petrus à Bixio in Directorio electionis, parte 1. à capite 3. & per totam ponit viginti octo requisi ad electionem; nec meminit Presidentis & quavis sit de forma ut electio fiat à Collegio, secundum ea que dicta sunt supra in primo substantiali, num. 37. tamen ut inquit Innoc. in capite Cum non ignores, num. 1. de prebendis ad esse Collegii non exigitur ut sit ibi Prælarus, argumento l. 1. ff. Quod cuiusque universio nomine; & sequitur ibidem Joannes Andreas num. 2. versione Solatio; sed & Oldrad. conf. 128. Quoniam ad investigationem, num. 8. versione Et si dicatur. Non est, inquit, de esse Collegii habere Prælatum. Et postmodum subdit talia Collegia cessante exemptione, habere Ordinarium pro capite, exempta vero Papam. Actus autem Capitularis dirigi poterunt ab antiquiore, qui etiam potest Capitulum convocare in defectum eius, ad quem id spectat de Jure vel consuetudine, ut notat Innoc. Joannes Andreas, Abbas, Felin. & alii in capite 1. infra de majoritate & obedientia. Anchar. in repetito capite Canonum Statuta in 10. questione principali, supra de Constitutionibus, quos sequitur Petrus à Bixio in 3. parte Director, cap. 4. num. 1. Et ita semper tenet, nisi Statutus Ecclesie vel Ordinis à Sede Apostolica confirmatus aliud expresse cavaverit.

De forma electionis per compromissum egi latissime in capite Licet de vitanda supra eodem, ibi plene videas.

# DE ELECTIONE

## Cap. Quia propter. §. Illud autem.

### SUMMARIUM.

- 1 Electores non possunt suffragium ferre per Procuratorem, nisi sint canonice impediti.
- 2 Electio Procuratoris ad eligendum non potest fieri sorte.
- 3 Electores absentes non possunt votum suum dare scripto ob signatum.
- 4 Moniales infirma, quod ratione debeant in electione suffragium ferre.
- 5 Procurator ad eligendum constituitur debet à vocalibus absentibus cum generali mandato.

1 Illud autem. Interdictum Procuratorem in electionis negotio constitui, nisi concurrant hic contenta usque ad §. Electionis.

In Religione Fratrum Sancti Hieronimi de Fesulis extrat Constitutio uti recepta circa electionem prepositi Generalis, qua cavetur ut singuli qui septem annos in Religione perstituerint & Sacris Ordinibus initiati fuerint, possint mittere ac dare votum in electione prepositi Generalis & in specie preteribitur forma, ut iidem vocales si absentes fuerint, scribant in schedula nomen cum cognomine ejus, quem volunt in prepositum Generalem eligere & consignent eam exteriori folio inclusam & obligatam Procuratori Monasterii ad Generale Capitulum accedenti cum inscriptione Votum Fratris N. Vota vero sic obligata à Procuratore deferuntur ad Capitulum Generale ibique sublato exteriori folio, absque eo quod legantur interiori: in unam conjunguntur ad electionem peragendam. Procurator autem Capituli qui portat schedulas vocalium absentium, eligitur sorte: ut habetur in alia ejusdem Ordinis Constitutione.

Consultata est Sacra Congregatio Concilii, an hic modus eligendi prepositum Generalem censeri debeat Canonicus, nec ne.

Et quidem videtur hic modus repugnare non solum Juri communi, sed etiam Decreto Tridentini Concilii, capite 6. sessione 25. de regularibus Juri communi, quia vocalis non

- 6 Regulares in electionibus votum non habent, nisi saltem suo Subdiaconi.
- 7 Privilegia & indulta contra Decreta Tridentini Concilii revocantur in Bulla Pii IV.
- 8 Electiones prepositi Generalis Sancti Hieronimi de Fesulis, nulliter celebratae consolidantur.
- 9 Numerus essentia vocalium reducitur: multitudo in pluribus reprobanda, ibidem.

accedunt personaliter ad suffragium ferendum; sed mittunt suum votum in schedula obligata; & tamen de Jure non potest quis eligere per Procuratorem, nisi cum iusto impedimento detinetur: quominus personaliter accedat, ut aperit statuitur in hoc §. ibi: penitus interdictimus, ne quis in electionis negotio Procuratorem constituat; nisi sit absens in eo loco de quo debeat advocari iustoque impedimento detentus venire non possit: ad idem textum in capite Si quis iusto, ubi omnes notant infra eodem libro 6. Et eo magis, quia hoc casu Procurator qui mittitur, eligitur sorte: quod tamen similiter de Jure prohibetur, ut in capite finali de Sortilegio.

Deinde est contra Decretum Concilii dicto capite 6. quod jubet electionem fieri per secreta suffragia, quia quavis Procurator deferat schedulam inclusam in folio obligato: potest tamen illam resignare & in alio folio includere. Ob quam rationem Sacra Congregatio olim consultata à Canonico Lateranensibus: an absentes personæ, quod presentes facerent scripto suum votum dare possint in electionem sociorum Capitularium. Respondit non posse. Et similiter consultata, an Moniales lecto propter morbum affixum votum suum ad electionem Superiorem mittere possint: itidem respondit non posse; sed qui accipiendis custodiendisque votis prelati erunt, debent accedere ad ægrotantes & ab eis vota accipere. In casu autem legitimi impedimenti non mittitur votum in scriptis per procuratorem, sed procurator constituitur ad eligendum cum

## De Elect. c. Quisquis.

cum generali mandato, ut similiter Congregatio alias tenetur.

Quibus accedunt duo inconvenientia. Alterum quod procurator, qui portat schedulam obligatam potest illam occultare, & loco illius aliam sibi beneficium in urnam ponere, ut sapienter factum dicitur. Alterum quod ambones dignitates, vel alii, quorum intereat, ut certi sint de voto aliorum, multoties: ut telatur procurator Ordinis, illud emerunt pecunia: viderunt enim illud inscribi, obsequari, & tradi procuratori Capituli, & pro hac scriptione, obligatione, & traditione eorum ipsa facienda pecuniam damna liter solvere non sunt veriti.

Rursus in eadem Regione extrat alia Constitutio, qua cavetur, ut vacantiis prioribus localibus, singuli professi tam Clerici, quam Conversi ejusdemque Conventus deant votum in eorum electione. Que etiam videtur adversari decretum Veronens. Concilii relato in Clem. Ut si de stat. & qualiter, atque invocato à Concilio Tridentino cap. 4. sess. 22. statutum est, ut quicumque in Cathedrali vel Collegiata seculari, regulari Ecclesia divinis mancipatus officis in Subdiaconatu ordine saltem constitutus non sit, vocem in ejusmodi Ecclesiis in Capitulo non habeat, etiam hoc sit ab alio liberi fuerit concessum & in fin. d. Clem. additur clausula, non obstantibus quibuslibet consuetudinibus, vel statutis que videntur referri ad omnia precedentia, cap. Secundo requirit de appellat. Anchar. conf. 2. num. 9. vers. Postquam ista clausula, & Felin. in cap. Canon que, de rescriptis.

Et quavis, cum hæc constitutio fuerit confirmata à Sede Apostolica, & non videtur sublata ex dicta Clementina, & consequenter neque à Concilio dictam Clementinam innovante: nam glossa in illis verbis, non obstantibus consuetudinibus, vel statutis, Nota, inquit, quid non substat privilegia, tamen videtur sublata per Constitutionem Pii IV. que incipit, in Principis Apostolorum, per quam revocantur privilegia, & sublati omnia in his, que decretis Concilii contrariantur. Neque enim dubitari potest, quin dicta Constitutio adversetur Concilio, cum de directo illud dicitur contrarium ejus, quod Concilium statuit; & alioquin ratur Constitutio Pii IV. fuisse superfluum, ut aliter advertit Sac. Congregatio in simili Constitutione Excommunicatorum Sancti Pauli.

Inque videtur respondendum ejusmodi Constitutiones esse nullas, cum non appareant confirmate post Concilium; modumque eligendi Generalem non esse Canonicum, & electiones hæcenus celebratas esse irritas. Verum agendum esse cum Sanctissimo D. N. ut illas dignetur ex gratia convalidare cum omnibus inde fecutus, ita ut ex defectu forme superioris prepositi deinceps à nemine impugnari valeant: ac præterea injungendum Generali, ut una cum Procuratore Ordinis, & quatuor aliis Patribus penitioribus alium modum eligendi consulat, eumque ad S. Congregationem transmittat pro confirmatione.

Et ita S. Congregatio Concilii declaravit modum eligendi generalem quo hæcenus usi fuerunt Fratres sancti Hieronimi de Fesulis, non esse canonicum, & electiones celebratas esse nullas, atque irritas. Verumtamen Sanctissimi benigne huiusmodi electiones convalidavit cum omnibus inde fecutus.

Cui quidem resolutioni Religio acquievit, ac deinde Generalis de consilio, & assensu multorum Fratrum ex graviori religione, aliam formulam electionis confecit, quam nuper misit ad Sacram Congregationem pro approbatione. Hæc autem formula, quod spectat ad secretum, & substantiam electionis videtur posse tolerari, quavis non habeat omnia requisita Concilii Generalis: illa enim plurima sunt, ut ostensum est in principio hujus cap. à num. 36. Et per formam secretum grave est procedere, ut ait gloss. in cap. Cum expedit. in verb. Inquisitio, infra eod. lib. 6. Præterquam quod hoc cap. non procedit nisi in electionibus Prælarum, per quorum obitum Ecclesie viduantur, ut colligit gloss. in verb. Ecclesie viduatis, quam communiter DD. sequuntur, ut latius dictum est supra in princip. numer. 6. Et religiones omnes habent peculiarem Constitutiones, quibus ad rigorem predictæ forme non astringuntur, nec Tridentinum Concilium aliud exigit in electionibus regularium, quam ut celebrentur per vota secreta.

Habet tamen exhibitæ formula aliquid difficultatis propter numerum vocalium. Nam cum Religio hæc sit satis parva, & extra Italianam non extendatur, tamen secundum formulam confectam accedent ad Capitulum generale pluri-

quam centum personæ. Hoc autem valde absonum est tum ob periculum confusiois, & discordiarum, tum ob religionis dispendium, tum quia religiois datur aita se nimium occupandi in occupandis plurimorum votis. Unde expedire hanc numerum al qua ratione moderari, instar testium, quorum numerus superflua multitudo protrahatur, l. 1. §. fin. ff. De testib. cum enim in electionibus numerus preferatur auctoritati, cap. Dandum supra eod. ubi gloss. in ver. Numerus, & cap. Ecclesia vestra infra eod. valde expedit, ut vocalium numerus retrahatur, & ad aliquot digniores restringatur. Neque enim nimium deferendum est multitudini, cap. Si quis 18. q. 2. Imo, ut legitur in aut. ut determinatus sit numerus Clericorum in princip. collat. 1. Quia penè nihil immensum bonum est, neque competens est, ordinationes fieri tantas, ut illorum expensis Ecclesia incidat in casam matuorum maximorum, & paulatim ad novissimam inopiam deponatur, facit text. in leg. 1. §. Novissimæ, ff. De orig. Juris & in l. Consermias C. de proso, facit. serm. lib. 12. & alia que in hac rem congerit glossa secunda in cap. unico in princip. De Relig. domib. libro 6. & Paul. de pacto de extrat. Advoc. num. 1. & seqq. Itaq; possit permitti, ut habeant votum in Capitulo generali infra scripti tantum, nempe Præpositus Generalis, Visitatores, Procurator Ordinis. Item Priores omnes, sed esset experimentum, dummodo non sint titulares (plurimi enim ad genus extant in dicta religione) & dummodo Priores ordinari in suo quilibet Monasterio resident; & in eo Monasterio inhabitent quatuor saltem Sacerdotes præter ipsum Priorem. Ad hoc cap. ut de Cassell. Monach. hæc restrictiva erit valde utilis, & dabit Religioni occasionem supplicandi hos parvos Convenus, qui retinentur solum ad suam multiplicandi vota. Item tres primi Definitorum per biennium existentes: non enim admitti debent omnes Lelimitores iuxta formulam à Generali confectam, quia hic numero viginti unum creat à Capitulo: unde satis sunt tres primi, alii facti sunt ut sint exempti ab officio. Item Procuratores seu Discreti singulorum Monasteriorum in quo similiter adhiberi potest restrictiva: dummodo ordinari in suo quilibet Monasterio resident; & dummodo ordinari in suo quilibet Monasterio resident; & dummodo ultra dimidiam partem suffragiorum toleret dicto capite Ecclesia vestra infra eodem cum concordantibus.

Super est deliberandum, an sit indulgendum Religioni penitenti, ut habeant votum Magistri Lectores & Prædicatores: quemadmodum hæcenus habuerunt in vim Constitutionum.

In fine ejusdem formulæ ubi dicitur, ut facta supplicatione omnium votorum qui illorum excesserit numero sit in prepositus Generalis: videtur addendum, dummodo altera dimidiam partem suffragiorum toleret dicto capite Ecclesia vestra infra eodem cum concordantibus.

Die 9. Maii 1626. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum approbavit formulam electionis ad se transmissam eamque mandavit de cætero inviolabiliter observari à generalibus & vocalibus Religionis Sancti Hieronimi de Fesulis, ita tamen ut post verbum numero addatur clausula, dummodo ultra dimidiam partem suffragiorum toleret & de cætero vocem in Capitulo Generalibus non habeant, nisi infra scripti, videlicet Præpositus Generalis, Vicarius Generalis pro hac vice tantum, Visitatores, Procurator Generalis, ac Præpositi Generales post dimissum officium. Item Priores omnes, non tamen titulares omnium & singulorum Conventuum, dummodo ordinari in suo quilibet Monasterio ultra residat. Item tres primi Definitorum per biennium existentes, Procuratores, seu Discreti singulorum Conventuum, in quibus præter Priorem degent quatuor saltem professi Sacerdotes, aut saltem in sacris constituti, necnon Cancellarius, quem sibi Præpositus Generalis elegerit pro Capitulo Generali, cum altero Cancellario à Capitulo Generali eligendo & Diocesis ex antiquioribus in magisterio sum in aliqua publica Universitate promoti, & in futurum prævisis dispensationibus subiectis habendis in Capitulo Generali & de licentia tantum ipsiusmet capituli ad Doctoratum promovendi, alii legentes, aut prædicantes, dum tamen numerum quindecim non excedant. Que omnia cum S. D. N. relata fuissent, Sanctitas sua illa approbavit, atque ab illi, ad quos pertinet, inviolabiliter observari mandavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Roma 13. Junii 1626.